# DOCUMENTS

## I

### Supplique du père Jean Roberti adressée au pape Innocent X.

Liège, 26 novembre 1646.

Original aux archives vaticanes, *Lettere di particolari*, registre 17, folios 411-412.

Sanctissime et Beatissime Pater,

Sit sapientia a Deo et caritas paterna in afflictos filios.

Dubitandi mihi ratio est an Vestra Sanctitas litteras acceperit quas semel iterumque scripsi. Itaque repeto quae in exordio scripsi unius ex illis : Summus Pontifex Onias, ut est in Macchabaeorum Historia, cum videret in rebus turbatis impossibile esse sine regali providentia pacem rebus dari, ad Regem se contulit (2). Dum nostra

(1) En terminant l'analyse de notre collection de documents inédits, nous nous plaisons à réitérer ici l'expression de nos vifs remercîments à ceux qui ont bien voulu nous aider à la constituer. Le regretté père Alfred Poncelet nous a communiqué trois pièces importantes du fonds des archives privées de la compagnie de Jésus (documents III, V et XIV). M. Paul Harsin nous a obligeamment signalé l'existence aux archives du Ministère des affaires étrangères de Paris des documents VII-X, XII, XIV, XVII et XIX-XXI. M. Léon-Ernest Halkin a accepté de transcrire aux archives vaticanes le document IV et à la bibliothèque nationale les documents III, V et XIV. M. Étienne Hélin a eu l'amabilité de dépouiller pour nous le ms. 174 C de la bibliothèque de l'université de Liège (document XXIII). Enfin les pères Léopold Willaert et François Halkin, S. J., nous ont fourni de précieux renseignements d'ordre biographique ou bibliographique.

(2) *Macchabées*, II, 4, 4.

circumspicio, non minor mihi ratio videtur in turbis nostris ad Summi Pontificis necessariam plane Providentiam recurrere. Omitto iam Provinciae huius Societatis quaquaversum sparsas miserias de quibus alias perscripsi. Leodiensi huic Collegio, totius Provinciae sine controversia praecipuo, iam consultum Pontificali Providentia, consultum inquam et provisum velim, quia neque aliter consilij copia est, neque auxilij spes ulla nobis apparet.

Est haec urbs Leodiensis amplissima, magno populo referta. Clerum habet, quantum paucae urbes in Europa ; canonici sunt plures quam trecenti praeter plurima domicilia Regularium utriusque sexus et 34 Ecclesias parochiales. Populus est valde addictus Religioni Catholicae et pietati. Scholae nostrae (quarum suprema est Rhetorica) redundant juventute optimae indolis et florente ingenijs. Possunt in hac Provincia nominari quinque vel sex urbes, quae simul iunctae Cleri et Scholarum nostrarum numerum non conficiant (1).

Interea Superiores nostri, tot iam annos, non modo prae alijs nos neglegunt, sed et praeter jus et rationem premunt. Augent numerum personarum, et saepe inutilium, quae cum alibi se laboribus, multis annis, se exhauserint, aetate aut morbis fractae, huc mittuntur ut emoriantur. Rectores nobis dantur, ut plurimum, qui nos premant potius quam regant : et cavetur ne sint Leodienses, ut ita imbuti sint ut si nati sint Bruxellis aut Matriti ; cum eiusmodi sunt plures annos continuantur, et quandoque non audent Provinciales curare eos mutari.

Coram Deo scribo Vestrae Sanctitati quod ante annos aliquot hic contigit. Erat Rector populo exosus propter nimium affectum erga nostros vicinos, quem affectum nimis aperte passim, et aperte apud benevolos malevolosque verbis et factis prodebat (2) ; adeo ut cum fremeret Populus, qui nihil magis colit et clamat quam suam Neutralitatem, scriptae sunt a varijs facile quindecim epistolae ad Provincialem ut Rectorem, saltem ad tempus, hinc avocaret, tamquam

(1) Le texte de ce paragraphe a déjà été publié par E. Dony dans la *Chronique archéologique du Pays de Liège*, 1914, page 67.

(2) Il s'agit du père Aloïs d'Anthisnes, né à Liège le 30 mai 1590, qui appartenait à une noble famille du parti des grignoux ; il était recteur du collège wallon depuis le 3 juillet 1632 et fut tué par la populace le 17 avril 1637 parce qu'elle le soupçonnait de complicité dans l'assassinat de La Ruelle. A. Poncelet, *Opus citatum*, pages 191 et suivantes, a fait bonne justice de cette imputation calomnieuse.

perniciosum sibi et Collegio (1). Ego ternas scripsi quibus iuxta ea quae audiebam et videbam, significabam illum occidendum et Collegio extremam perniciem imminere. Respondit mihi Provincialis, Magnates Bruxellenses *nolle illum mutari*. Haec ipsa fuerunt eius verba. At paulo post evenit quod praedixeram. Nam Rector a furente Populo interfectus est, et allatus ignis qui in Collegium iniiceretur, et pulsi plures e Nostris et vulnerati alij ; mihi acinace diffissus galerus, cum caput peteretur (2).

Rescripseram autem Provinciali, Bruxellenses sub alio Principe degentes, nihil habere cur se rebus Leodiensibus immisceren t : quod verum erat, sed non fui auditus neque mihi creditum, nisi sero et post magnam cladem. Interim adhuc flagramus odio et adhuc audimus quandoque surdas minas. Quae minae, ne in tristiores effectus erumpant, potest Vestra Sanctitas verbo uno cavere, si dignetur Patri Generali nostro mandare ut nos a Brabantinis separet, et Leodiensem Provinciam peculiarem constituat, sive Mosanam vocet a nostro fluvio. Id a Vestra Sanctitate suppliciter, sacris pedibus advoluti, afflicti petimus. Sunt variae huius separationis et peculiaris Provinciae constituendae causae, quas breviter indico :

1. Sunt simultates et alienationes indignae Religiosorum, et accedunt susurrationes, si non detrectationes apertae de tota Natione Leodiensi et Nostris, qui in ea nati sunt, contra Societatis nostrae plures regulas.

2. Excluduntur Leodienses ab officiis et dignitatibus nisi animum Leodiensem exuerint, et Brabantinum induerint. Is qui iam Germaniae Assistentem agit aperte significavit se nolle ut ullus Leodiensis in Collegio Leodiensi consultor esset (3) : tamquam si Romae prohiberetur ne ullus esset Romanus. Consultores tamen sunt per quos informantur Provinciales et Generalis et ex eorum informationibus Provincia gubernatur. Vident hoc Nostri et acerbe ferunt.

3. In hoc ipso Collegio sunt partialitates contra religiosam caritatem et contentiones propter affectus pravos erga vel contra Nationes : nec afferunt remedium Rectores aut Provinciales, quia eodem morbo et forte gravius quam alij laborant.

(1) La gallo-belge avait alors pour provincial le père François de la Croix, originaire de Valenciennes.

(2) Cet épisode est raconté avec plus de détails dans une lettre du père Georges Ducket, publiée par A. Poncelet, *Opus citatum*, page 212.

(3) L'assistant de Germanie était alors le père Florentin de Montmorency, orginaire de Douai, qui avait été provincial de la gallo-belge de 1638 à 1642.

4. Fructus qui in proximos redundare a Nobis posset, impeditur propter opinionem quam habet Populus et vicinia nos esse Hispanos. Item negligunt superiores excolere vicinas urbes huius Ditionis Leodiensis, quae urbes facile sunt XV aut plures.

5. Sanctus Hubertus, primus Episcopus Leodiensis et Urbis fundator, sigillum dedit cum hac inscriptione : *Sancta Legia Sanctae Romanae Ecclesiae filia* (1). Itaque tales se censent Leodienses et optant collegia nostra esse sub Assistentia Italiae, non Germaniae, quod Vestra Sanctitas uno verbo efficere potest. Omitto alias rationes quae alioqui non desunt.

Haec si a Vestra Sanctitate obtinemus, obligabit nos ut multa sacrificia et orationes Deo pro eius longa et felici incolumitate offeramus.

Leodii XXVI. Novembris 1646.

Vestrae Sanctitatis servorum infimus

Johannes Roberti, Societatis Jesu Sacerdos professus, Sacrae Theologiae Doctor et varijs in Collegiis quondam Professor, aetatis 78., initae Societatis 56.

II

## Supplique du magistrat de Liège adressée au pape Innocent X.

Liège, 17 janvier 1647.

Copie à la bibliothèque municipale de Besançon, collection Chifflet, manuscrit 70, folio 301.

Beatissime Pater,

Cum religiosi, Societatis Jesu Leodii, quamvis strenuam navent operam, in magnis subinde versentur periculis, atque ad singulos

(1) Cfr Léon Halkin, *Les origines du grand sceau de la cité de Liège*, dans le *Bulletin de la Société d'art et d'histoire du diocèse de Liège*, tome XXXIII (1947), page 4.

tumultus civiles, soli fere inter alios ordines plurimos trepident, male quippe sibi conscii, coacti fuimus nuper illis non solum diploma tutelare transmittere, sed etiam quot voluerunt milites ejus tutelae nostrae assertores et vindices. Denique hoc etiam concilii publici decretum promulgare, tacitis motivis singularibus praecipuis, pro nostro erga Societatem et maxime patres nostros populares affectu quae secreto Suae Sanctitati fidentes transmittimus. Exteri sunt inter eos nimis multi cum superioribus vel certe exteris plus aequo addicti ; praevalentes interim auctoritate, non sine gravi omnibusque intolerabili neutralitatis nostrae detrimento. Hodieque Rector, ipse Minister, Consultores tres, Concionatores quatuor, plerique confessarii templi et humaniorum litterarum professores, ejusmodi sunt veris Leodiensibus infensi. Ac si quis nuper Rector fuit indigena, extraneum ante induisse oportuit, et Leodiensem exuisse. Quod quam verum sit, perspicue ostendit ille qui non jam pridem constitutus Rector Leodii profitebatur se extremum patriae inimicum, et is forte ad captandam gratiam Provincialis sui et aliorum exterorum, non est veritus (quod certo nobis constat) conspirasse cum hoste in capturam urbis nostrae a militibus obsessae ; atque cum ipsomet auctore in mortem truculentam Domini Consulis La Ruelle, eodem conscio et conquerente, cetera Societatis amicissimo : unde non mirum si hoc e vivis violente sublato, plebs furens (quam vivus semper continuerat) collegium Societatis invaserit, expilarit, Rectorem occiderit, socios fere omnes sine discrimine a domo atque ab ipsa urbe expulerit. Idem vero etiam nunc utrumque subesse periculum quis prudenter ambigat, quando non desunt in isto collegio plures ejusdem farinae homines, a quibus praepostero studio, ne quod alias dederunt consilium repetant, merito cives nostri Leodienses liberari se quam citissime postularunt. Superest ut dignetur Sua Sanctitas tam aequam postulationem nostram de novae Provinciae institutione promovere, imo ut matri filia similior evadat eandem eidem cui tota Italia Generalis adjutori committere, ne qui communis est Germanis et Belgis, antiquis nos involvat difficultatibus, et nobis carissimae neutralitati, non satis consulat. Hoc votum et eorum qui sunt et erunt Sanctitatis Suae, etc.

17 januarii 1647. — Primus Consul subscripsit ex informatione sibi lata.

## III

## Lettre du magistrat de Liège au père général V. Caraffa.

Liège, 17 janvier 1647.

Copie aux archives générales du royaume, province flandro-belge, numéro 49-72, littera P.

Reverende Pater in Christo,

Cum nuper authoritate nostra et Concilii civici edictum publicum sancitum est, Societatem vestram, uti et ceteras religiosas familias concernens, (cuius tenorem ad reverendissimam Paternitatem Vestram transmittimus) nostri muneris esse duximus, causas quae nos ad hoc statuendum impulerunt paucis exponere, ut inde videret reverendissima Paternitas Vestra nos hoc facto Societatis vestrae honori consuluisse et ingens illi malum tota patria imminens avertisse. Agebatur siquidem de illius gravissima infamia et certissima ad minimum ex urbe expulsione, nisi ratione hac a nobis excogitata et re tota inter paucos cohibita (ne ad populum cum gravi vestrorum discrimine emanaret) nomini vestro cavissemus. Haec igitur tanquam omnino certa accipiat reverendissima Paternitas Vestra, prout ex informationibus accepimus :

1° Coniurationem de morte Ruellii a° 1636 confectam Leodii, in collegio conceptam, formatam et conclusam esse, Rectore collegii aliis patribus externis, hoc est non Leodiensibus, et aliquot saecularibus, aut complicibus aut praesentibus, quod neque ignoravit ipse Ruellius, neque dissimulare potuit Rector apertis verbis cuipiam dicens : tandem resolutum est a theologis posse occidi Ruellium (1).

2° Provincialem, multorum litteris sollicitatum ut Rectorem istum amoveret, respondisse : sed id non posse quod Magnates Bruxellenses nollent.

3° Eundem Provincialem occultis litteris monuisse Rectorem ut sibi intercessores conquireret ad retinendum officium, quod et factum Rectore dictante litteras. Ex quibus quis non videat Patres diversae

(1) Le texte de ce paragraphe a déjà été publié par A. PONCELET, *Opus citatum*, page 191.

a nostra nationis et Provincialem maxime cui ut placeret Rector haec molitus sit, totius conspirationis fuisse conscios vel authores et neutralitatem nostram hoc facto magnopere convulsam.

4° Fuisse e prima nobilitate vicinae cuiusdam provinciae qui, audita morte Rectoris sibi apprime noti, dixerit : Rex Hispaniae magnum amisit ministrum.

5° Cum urbs nostra ab hostili milite obsideretur, Rectorem per aliquem e suis patribus significari curasse hostibus, esse in urbe fomitis igniarii et pulveris nitrati penuriam, quare confidenter accederent et invaderent cives hoc praesidio destitutos per portam S. Laurentii satis debilem.

Cogitet nunc reverendissima Paternitas Vestra quo loco res vestrae essent si haec nosset populus, immo quis Princeps vel respublica Societatem talis non suspectam sed convictam criminis retineret. Nos tamen quoniam externorum crimen, popularium nostrorum innocentium detrimento vindicare noluimus, maluimus ad praecidendam in futurum talis mali occasionem, mitiorem prius viam tentare hoc edicto quam ad externa veniamus remedia, ad quae certe veniendum erit, nisi reverendissima Paternita Vestra Leodienses nostros separet ab externis et provinciam particuliarem stabiliat Leodiensium, et quidem italo Vicario sibi subsidiario Vestro ad regimen subjectam, ne rursum si alteri qui vicinis communis est subjiceremur in idem recidamus discrimen.

Accedunt rationes plane graves et ad statum nostrum non parum spectantes. Non enim possunt ea nobis praestare vestri Leodii quae tamen exspectanuus. Imprimis non possunt docere philosophiam quamdiu coniuncti provincia a quibus impediuntur, neque nos aliorum causa hac commoditate privari volumus.

Dein asserunt qui a Societate vestra deficiunt (sunt autem in hac urbe non pauci) Leodienses ab aliis, qui alterius nationis sunt, pessime velut patriae hostes et exploratores haberi. Insuper omne suum in Societate vestra taedium ab hoc duxisse initium : quod non tantum non aequali cum caeteris benevolentia regerentur, sed etiam vexarentur et duriter et propemodum tyrannice tractarentur, neque ullam esse nisi fictam ceterorum in illos amicitiam.

Cetera non minoris momenti praetermittimus, quod satis his monendam putemus reverendissimam Paternitatem Vestram ad petitioni nostrae acquiescendum. Ceterum non miretur casu quo exspectatione

nostra frustraremur, si alio omni securiore modo, quamprimum nobis caveamus.

Opportunum vero erit qui in externa patria gubernarunt ad plures annos quiescere donec exuto peregrino affectu patrium resumpserint. Aderit vero nobis gratissimus primus Provincialis Reverendus Pater Gualterus Paulus, multis olim discipulis suis charus, qui cum suo defunctus erit munere, Romam ad pristinas curas remeare poterit (1).

Neque vero ad tergiversationis velamen obtendi paucitas debet domorum vestrarum in hac patria : nam et Franciscani vulgo Gaudentes pauciores habent, quibus tamen Provincialis praeficitur et non tam angusta est patria et ignobilis quin Provinciam facile mereatur, quam ut speramus regiminis vestri tempore erectam nemo non probabit.

Quae dum exspectamus omnem in assumpto regimine reverendissimae Paternitati Vestrae prosperitatem optamus.

Leodio *(sic)*, hac 17 januari 1647.

Reverendissimae Paternitatis Vestrae humillimi servi
Franciscus de Liverlo et Renardus Jammart, consules
Civitatis Leodiensis.

*En bas en marge* : 17 jan. 1647. Consules Leodienses ad Patrem Nostrum de causis cur Provinciam separatam petant, scilicet a nobis actum in collegio de morte Ruellii.

## IV

## Bref du pape Innocent X adressé au magistrat de Liège.

Rome, 25 avril 1647.

Minute aux archives vaticanes, *epistolae ad principes*, tome 55, folios 343-344.

Copies : *a*) aux archives générales du royaume, province flandro-belge, numéro 1100 et numéro 49-72, littera P. *b*) à la bibliothèque

(1) Le père Walter Paullus était originaire de Huy, où il naquit le 15 juin 1587 ; il enseigna la rhétorique, la philosophie et la théologie à Douai et à Vienne ; de 1643 à 1648, il fut censeur des livres à Rome ; il mourut à Douai en 1672.

municipale de Besançon, collection Chifflet, manuscrit 70, folios 301-302; c) à la bibliothèque communale de Liège dans le manuscrit de Charles DE MÉAN, *Annales rerum Leodiensium*, pages 231-233.

Édition : *Translatio Cathedralis Capituli* (1648), numéro 110, pages 95-96.

INNOCENTIUS PAPA X

Dilecti filii Salutem et Apostolicam benedictionem.

Explorata Nobis jam diu Civitatis vestrae Religio probatusque a vobis continenter Sanctae huic Sedi, per exempla pietatis, cultus atque observantia, spem Nobis haud levem faciunt omnia a vobis in iis quae religiosi muneris sunt, ad Romanae Ecclesiae normam Sacrorumque Canonum praescripta curanda rite fore ac peragenda. Et sane in ea quam vestrae ad Nos litterae detulerunt postulatione, de nova isthic religiosorum ordinum ac praecipue Societatis Jesu Provinciarum institutione, cum plurima sese objiciant quae et cum Apostolicis decretis non aeque conveniant et novitate ipsa publicis sacrisque rebus perturbationes ac discrimina creare posse videantur, persuasum habemus ea a vobis accurate perpensum iri, quominus confirmatas non semel ab Apostolica Sede religiosas institutiones ipsiusque potissimum Societatis administrandae formam, nationum omnium inter se nexu atque indivisa charitate compactam convelli ulla ratione atque immutari velitis. Id enimvero a vobis poscimus paterna nostra adhortatione ut si qui forte sunt inter religiosos ipsos viros qui, privatis suis affectionibus pertracti, apud vos vestrosque magistratus occultas hasce molitiones conflare intelligantur, plane illos a vobis repellatis, abrogata ipsis fide, quae quidem in iis qui praesunt certior fere atque exploratior evaserit. Ceterum si quid perperam geratur atque ab officio alienum, corrigendi homines sunt, non instituta vel leges : eamque causam a quopiam haud par fuerit attingi nisi a Nobis atque Apostolica Sede. Qui proinde impense jam praepositum ipsum Generalem admonuimus, tametsi sua id sponte curantem serio det operam ne quid vestrae civitati ab Societatis hominibus detrimenti accidat, iique isthinc continuo ut dimoveantur satagat, qui vel antehac perturbationis causa fuisse vel fore posthac existimentur. Interea vestrae Nos per omnia incolumitatis peramantes habebitis paratosque jugiter ac propensos in vestra commoda atque

ornamenta, quibus ipsam nunc adjungimus quam benevole vobis impertimur Apostolicam benedictionem.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die XXV aprilis [1647], Pontificatus nostri anno 3°.

[Gaspar de SIMEONIBUS] (1).

Superscriptio : Consulibus Civitatis Leodiensis.

V

## Lettre du père général V. Caraffa au magistrat de Liège.

Rome, 4 mai 1647.

Copie dans les archives privées : Assistantia Germanica, *Epistolae ad Externos* (1640-50), folios 99-102.

Leodium : Amplissimis Dominis D. Francisco de LIVERLO et D. de JAMAER inclitae civitatis Leodiensis Consulibus.

Amplissimi Domini,

Ignoscant mihi obsecro Amplissimae Dominationes Vestrae si tardius aut expectatione vestra aut voto meo fungar officio respondendi tum plenius ad primas litteras vestras, tum ad recentiores 22 martii datas. Nam cum nihil in rebus adeo gravibus statuere potuerim nisi ex directione Sanctissimi Domini Nostri, debui illam hucusque praestolari. Nunc quoniam mature expensis omnibus visum est Sanctitati Suae nihil debere innovari, dabitis mihi hanc veniam spero ut me conformem judicio vicarii Christi, imo et una mecum confido ibitis in sententiam communis Patris ; et quamvis hujus unica, instar omnium, sufficere nobis deberet oraculi auctoritas,

(1) La minute du bref ne donne pas cette signature ; elle omet également, à la ligne précédente, le millésime de l'année. Les autres variantes sont d'importance minime. — Quant à l'édition de 1648, elle est assez fautive (*Cardinalem* au lieu de *Generalem*, *Sanctis* au lieu de *Societatis*, etc.) et elle figure dans un ouvrage considéré par De Theux comme rarissime ; c'est pourquoi nous avons cru pouvoir insérer le texte de ce bref dans notre publication, bien qu'il ne soit pas strictement inédit.

populi libitu agatur, nemo vel integerrimus tutus est a calumnia. Perfacile est impingere dicam mortuis qui defendere seipsos nequeunt; et si quid forte incaute (de quo tamen mihi non constat) ab ullo uno aliquo tunc fuerit actum, jam satis superque id ejusdem sanguine est deletum (1).

Quod spectat institutionem Academiae in civitate vestra, ego illam promovere pro viribus paratus sum, dummodo non repugnent Lovanienses, qui id juribus suis Pontificia et Caesarea auctoritate munitis contendunt adversari. Imo optanda res foret nostris si pace illorum confieri posset. Verum ut ego litem hanc cum ipsis in me suscipiam, et Principes quorum interest in meum Ordinem irritem, ignoscant mihi Amplissimae Dominationes Vestrae, tametsi separata foret Provincia, facere sane non possem.

Porro ut superiores isthic et duae tertiae semper de patria Leodiensi sint, non tam officiet aliis quam vestris popularibus, quos vicissim hoc pacto excludi continget a primariis officiis, exedris et pulpitis in aliis provinciis. Perpendat sapientia vestra an expediat filiis vestris decus hoc adimere. Gubernarunt olim totam Societatem Belgicam Leodienses nonnulli, Gallobelgicam alii, primariis collegiis praefuerunt complures, ut nihil dicam de speciosis muneribus professorum theologiae, consultorum Provinciae, Instructorum probationis tertiae, concionatorum in praecipuis cathedris, quibus functi sunt hodieque funguntur Leodienses varii; jam vero hos omnes velut de gradu dejicere, et intra domesticos quasi parietes compingere, sine spe expandendi sua talenta alibi, nec vobis nec ipsis nec pro patriae dignitate videtur consultum. Rursus ex alienigenis habuit saepe civitas vestra insignes de Societate operarios, praestanti virtute et doctrina viros et porro est volente Deo habitura; sed si duas tertias de patria in posterum velitis, si alienigenis numerum (quasi illis non fidatur) praefigitis, quis praestantiore talento praeditus aequo ferat animo (secundum hominem loquendo) degere in ea urbe, ubi oculis diffidentiae semper aspicietur, et forte tanquam emissarius aut explorator habebitur. Quamobrem iterum atque iterum rogo Amplitudines Vestras et totum inclitum Senatum ut juxta mentem Sanctissimi Domini Nostri novitatibus hujuscemodi supersedeant. Si amor neutralitatis sapientiam vestram ad istiusmodi consilia impulit, etiam

(1) La traduction de ce paragraphe a été donnée par A. Poncelet, *Opus citatum*, page 192; cfr page 189, note 3.

nos juxta leges nostras et Institutum neutrales sumus, et ut ita reipsa nostri ibi omnes sint summa ope adlaborabimus. Imperavit idipsum mihi modo Sanctissimus Dominus Noster et per Dei gratiam nihil praetermittam quominus et Illi et Vobis et muneri meo ea in re satisfaciam. Liceat mihi duntaxat nosse si qui ex nostris unquam Neutralitatem vestram perturbant, et severa animadversione palam ostendam, quam cordi tranquillitatem status vestri habeam.

Divina bonitas cumulet precor omnibus bonis Amplissimas Dominationes Vestras et sapientissimun Senatum et omnium obsequiis me humillime addico.

4 maii 1647.

VI

**Supplique du magistrat de Liège adressée au pape Innocent X.**

Liège, 5 août 1647.

Original à la bibliothèque nationale, collection Dupuy, manuscrit 728, folio 164 et verso.

Santissime *(sic)* Pater,

Doleremus summopere si nos quos Romanae Ecclesiae filios Legia filia fecit aut in sancito decreto, aut in humili postulatione separationis religiosorum Societatis Jesu ab exteris nationibus, quidpiam contra Romanae Ecclesiae normam sacrorumque canonum praescripta admisissemus. Postulavimus a Sua Santitate *(sic)* et Reverendissimo Patre Generali Societatis ad maius tum inprimis ipsius Societatis, tum Civitatis nostrae bonum, provinciam in patria nostra constitui quod ad Suam Santitatem (*sic*), ut communem Ecclesiae parentem, et Patrem Generalem, ut totius Societatis praesidem, haec res deferenda videretur. Neque quidquam petiisse credimus quod apostolicis decretis adversetur, aut perturbationes ullas creare possit magis quam cum a Germanis secreti sunt Belgae, a Gallobelgis Flandrobelgae aut ab utrisque Angli in ipso Belgio, aut a Romanis Siculi caeteraeque nationes quae progressu temporis provinciam fecerunt,

ut nihil dicamus de Gaudentibus quibus in sola patria nostra provincia concessa est, aut de patribus Anglis qui etiam hic Leodii collegium separatum habent. Multo minus arbitramur petitam provinciae huius separationem aliquam in Societate novitatem inducere aut illius administrandae formae officere, quae tot iam nationes separavit absque ulla cuiusquam offensione et separatas materno omnes charitatis affectu complectitur et facile etiam Leodienses ut non degeneres filios complectetur.

Quae omnia cum acceptis a Sua Santitate quibus nos honoravit literis, maturius considerassemus, haberemusque in iis, singularem in nos et Legiam nostram Suae Santitatis testatam benevolentiam, existimavimus non fore illi molestum si denuo supplices accederemus hanc separationem postulaturi, asserentes id omne in Societatis et urbis bonum vertere, neque satis sibi prospicere dictam Societatem eiusmodi tergiversatione et oppositione quae non ut par est quae inde mala evenire possint, attendat. Quod si forte adhuc Sua Santitas in concessione provinciae laboraret, quoniam longe difficillimum est postulationis nostrae aequitatem et totius rei momentum Suae Santitati ob locorum distantiam literis representare, humillime atque enixius petimus ut facultatem nobis faciat Sua Santitas mittendi ad Urbem duos e Societate patres Leodienses quos ad rationes nostras et causae aequitatem Suae Santitati et Reverendissimo Patri Generali representandam indicabimus idoneos. Qua in re non parum utriusque et Societati et civitati nostrae consultum iri censemus. Spem facit gratiae huius impetrandae ad pleniorem informationem summa illa paterni affectus in nos et Legiam suam (quam usque ad ultimum vitae spiritum in debita Sanctae Sedi fidelitate atque obedientia conservabimus) postremis literis demonstrata humanitas. Ad cuius pedes nos cum tota civitate, omni animi demissione prosternimus ineunte nostro consulatu.

Suae Sanctitatis (*sic*)
humillimi atque observantissimi filii

Petrus Bex        Rolland.

Leodii, 5 augusti 1647.

## VII

## Lettre du père Jean Roberti aux plénipotentiaires français de Munster.

Liège, 8 novembre 1647.

Copie aux archives des affaires étrangères de Paris, fonds de Liège, tome II, folio 12.

Messeigneurs,

Ne doutant nullement que Votre Altesse et Messeigneurs les Plénipotentiaires soient assés informés des affections qui sont icy envers ou contre certaines nations, qui troublent le repos de plusieurs mesme des Religieux, j'ay osé leur envoier ce peu de lignes, signées d'une main tremblante de presque quatre vingts ans pour les suplier très humblement d'employer leur crédit et authorité vers Sa Sainteté qu'il luy plaise nous accorder une province Liégeoise séparée des autres comme de Brabant, d'Artois, etc., ce qui se pourra faire par l'Ambassadeur du Roy qui réside à Rome. Je n'aporteray pas d'autre raison de ma demande, sinon que cette séparation importe grandement au Roy et à la France, ce que je suplie Votre Altesse et Messeigneurs les Plénipotentiaires vouloir croire et encore que je suis de Votre Altesse et de Messeigneurs, le très, etc.

Jean Robert (*sic*), Doct. en Théologie de la Compagnie de Jésus.

De Liège, le 8e novembre 1647.

## VIII

## Extrait d'une lettre d'Antoine de Lumbres aux plénipotentiaires français de Munster.

Liège, 14 novembre 1647.

Copie aux archives des affaires étrangères de Paris, fonds de Liège, tome II, folio 17.

...Le Père Robert le plus ancien du Colège de Liège et renommé tant par ses escrits que par les employs qu'il a eus en la Compagnie,

ayant apris du Père Castro les offices qu'il a plû à Votre Altesse et à Vos Excellences passer à Rome pour la descharge que les Minimes Liégeois prétendent des supérieurs du Pays Bas et establissement d'une province particulière dans cet Estat, il m'a prié de leur faire tenir celle qui est jointe à la présente, laquelle il m'a dit tendre à une semblable fin. Je n'adjoustray rien à ce que je me suis donné l'honneur d'escrire à Votre Altesse et à Vos Exellences par ma dernière de cett' affaire, sinon que les Bourgmestres font exécuter leur recez qui ne permet point aux Estrangers d'exercer les charges et offices des maisons religieuses, nonobstant touttes les traverses que les Jésuittes du Pays Bas y ont apportées, à la suscitation desquels les plus aagez de leurs Escoliers ont pris les armes depuis deux jours et fait beaucoup de bruits contre ce recez, croyant esmouvoir la partie du peuple qui a de l'inclination pour l'Espagne qui pourtant n'a point remué, scachant la force du bon party, lequel est fort irrité de ce procédé (1). C'est Messeigneurs, de Votre Altesse et de Vos Excellences le très, etc.

De Lumbres.

A Liège ce 14e novembre 1647.

## IX

## Lettre d'un plénipotentiaire français de Munster au marquis de Fontenay, ambassadeur à Rome.

[Munster], 14 février 1648.

Copie aux archives des affaires étrangères de Paris, fonds de Liège, tome II, folio 31.

A M. de Fontenay,

Monsieur,

Les habitans de Liège recevant très grand préjudice de ce que les Collèges et maisons de Jésuites de leur province sont presque remplis

(1) Sur cette grève des collégiens liégeois, voyez A. Poncelet, *Opus citatum*, page 189, note 2.

de Religieux flamans ou subjets du Roy d'Espagne, ce qui contribue aussi beaucoup aux troubles fréquens qui arivent dans leur ville, souhaittent extrêmement d'y pouvoir remédier et croyent que le meilleur moyen qu'ils en puissent avoir est de faire dans le pays de Liège une province séparée de celle de Flandre, dont ils ont amplement escript au Révérend Père Général des Jésuites. Ils apprennent que les Espagnols font ce qu'ils peuvent pour empescher ce changement qui leur feroit perdre les avantages qu'ils tirent de ces désordres, et les Bourgmaistres m'ayant prié de vous escrire en leur faveur, je n'ai peu refuser de joindre ma prière à la leur afin que vous plaise de les vouloir asister de vostre crédit pour faire réussir ce qu'ils désirent. Oultre que le service du Roy s'y rencontre en ostant aux Espagnols ce moyen de nous nuire en ce pays-là, sy les Liégeois avaient obtenu, ce qu'ils demandent par la faveur de Sa Majesté, cela augmenteroit beaucoup les bonnes dispositions où ils sont à présent pour son service. Je ne laisseray pas en mon particulier de vous en estre très obligé, vous supliant de disposer de moy en revanche en toutes les occasions et d'estre asseuré que je suis véritablement...

14 février 1648.

## X

## Instructions du gouvernement français adressées au marquis de Fontenay.

Paris, [mars ?] 1648.

Minute aux archives des affaires étrangères de Paris, fonds de Liège, tome II, folio 126.

Nous avons esté fort priés de la part des Magistrats de Liège de vous escrire en leur faveur pour une affaire qui est de grande importance à leur Estat. Les Espagnols depuis longtemps prennent grand soin de remplir tous les Collèges de Jésuites du Liège de Religieux de leur nation ou de leurs subjets, leur faisant mesme exercer les

principalles charges desdits Collèges, ce qui estant très préjudiciable aux Liégeois, ils se sont résolus de faire demander à Sa Sainteté permission de faire une province séparée pour les dits Jésuites dans celle dudit Liège ; pour remédier au mal qui pourroit ariver s'il n'y estoit point apporté de changement, nous vous suplions de les vouloir assister de vostre crédit auprès de Sa Sainteté en cette occasion puisqu'elle regarde aussy bien l'intérest du Roy que le leur. Les Bourgmaistres ont pleinement informé le Général des Jésuites de leurs raisons ; mais sy cela ne suffit pas et qu'il plaise à Sa Sainteté qu'ils envoyent à Rome deux de leurs Religieux pour l'en informer, ils le feront sytost qu'ils en auront eu sa permission.

*Au verso* : 1648. Pour escrire à M. de FONTENAY touchant les Jésuites de Liège.

## XI

## Supplique des pères de Hasque et Hodaige adressée au pape Innocent X.

Liège, 17 avril 1648.

Original aux archives vaticanes, *Lettere di particolari*, registre 17, folio 416.

